



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. viij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**



scalam summitas eius celos  
tangebatur et descendentes an-  
gelos et dixit. vere locus iste  
sanctus est. *ps.* Quam dilec-  
ta *an.* Erexit iacob lapidem in  
titulum fundens oleum desu-  
per. *ps.* Fundamenta. *ps.* Fu-  
data est domus dñi. *S. lucā*

**I**n illo tpe: Egressus iesu-  
sus perambulabat iberi-  
cho. Et ecce vir nomine zache-  
us Et reliqua. *Omelia heb.*

**Q**ue impossibilia sunt apud  
homines possibilis sunt apud  
deum. Ecce enim camelus des-  
posita gibbi sarcina p forame-  
acus transijt: hoc est diues et  
publicanus relicto onere diui-  
tiarum contempto censu frau-  
dium angustam portam arta-  
qz viam que ad vitam ducit  
ascendit. Tu autē. *R.* O qd  
metuendū est loc⁹ iste. Vere nō  
est hic aliud nisi domus dī et  
porta celi. *ps.* Domū istam p-  
tege dñe z angeli tui custodi-  
ant muros eius. *ps.* *Le. viij*

**H**ic mira deuotione fidel ad-  
videndum saluatorem qd mi-  
nus habuerat natura ascensu  
supplet arboris atqz ideo iu-  
ste quis ipse rogare non aude-  
at benedictionez dominice su-  
sceptionis quam desiderabat  
accepit. Tu autē. *R.* Uidi ei-  
uitatē scām hierlm nouaz des-  
cendentem de celo a deo pa-  
ratam Et audiui vocem ma-

gnam de throno dicentem: ec-  
ce tabernaculum dei est cum  
hominibz. z habitabit cū eis.

*ps.* Et dixit qui sedebat i thro-  
no ecce noua facio omnia. Et

**Q**uistice autē zache⁹ *Le. ix.*  
qui interpretatur iustificatus  
credentem ex gentibz populuz  
significat Qui quanto curis  
secularibz occupatior tāto fla-  
gitijs deprimentibz erat scūs  
humilior. Sed ablutus ē sed  
sanctificatus sed iustificatus  
in nomine domini nostri iesu  
christi et in spū dei nostri Tu

**Rāsonū.** Terribilis est loc⁹  
iste nō est hic aliud nisi dom⁹  
dei et porta celi Vere etenim  
dominus est i loco isto z ego  
nesciebam. *ps.* Cumqz euigilas-  
set iacob de somno ait Vere  
Gla Vere. Te deum dicitur.

*ps.* Beati qui habitant. **Ad  
laudes an.** Domum tuā dñe  
deceat sanctitudo in longitudi-  
ne dierum. *an.* Domus mea  
domus orationis vocabitur.

*an.* Hec ē domus domini fir-  
miter edificata bene fundata  
est et sup firmam petram. *an.*

Bene fundata est domus do-  
mini supra firmam petrā. *an.*  
Lapides preciosi omnes muri  
tui z turres hierusalem gemis  
edificabuntur. **Hymnus.**

**Q**uistice celorum habita-  
tor alme hec domus ful-  
get in honore cuius hostiā cle-